



Dominica Resurrectionis.

Introitus.

Ps. 138. Esurrexi, et adhuc tecum sum, alleluia : posuisti super me manum tuam, alleluia : mirabilis facta est scientia tua, alleluia, alleluia.
Ps. ib. Dómine probasti me, et cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam. V. Glória Patri.
Oratio. Deus, qui ho- diéerna die pes Unigenitum tuum aeternitatis nobis áditum devicta morte reserasti : vota nostra, quae præveniendo adspiras, etiam adjuvando prosequere. Per eundem Dóminum.
Léc. Epist. beati Pauli Apóst. ad Corinth. I. 5.c
Fratres : Expugnate Eretum fermentum, ut sitis nova conspersio,

sicut estis ázymi. Etenim Pascha nostrum immo- latus est Christus. Ita que epulémur : non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, et nequitiae : sed in ázimis sinceritatis, et veritatis.

Grad. *Ps. 117.* Hac dies, quam fecit Dñus : exsultemus, et lætemur in ea.

V. Confitemini Dómino, quóniam bonus : quóniam in seculum misericordia ejus. Alleluia, allel. V.
I. Cor. 5. Pascha nostru immolatus est Christus.

Sequentia. Viictimas Paschali laudes immo- lent Christiani.

Agnus redémit oves : Christus innocens Pa- tri reconciliavit pec- catores.

Mors et vita, duello con- fluxere mirando : dux vite mortuus, regnat vivus.

Dic nobis María, quid vidisti in via?

Sepulcrum Christi vi-
ventis : et gloriām
vidi resurgentēs.

Angelicōs testes, sudā-
rium, et vesteſ.

Surrēxit Christus spes
mea : praeceđet vos in
Galilæam.

Scimus Christum sur-
rexisse a mortuis vere:
tu nobis victor Rex
misericōdā. Amen. Alle-
lūia.

Sequentia dicitur usque ad Sabbathum in Albis inclusive.

Sequuntur **S. Evangelii**
secundūm Marcum. 16.

In illo tempore : Ma-
ria Magdalēne, et
Maria Jacobi, et Salomē
merunt aromata, ut ve-
niēntēs ungērent Jesum.
Et valde mane una sab-
batorum, vénient ad
monumentum, orto jam
sole. Et dicebant ad in-
vicem : Quis revolvet
nōbi lápidem ab ostio
monumenti ? Et respi-
cientes vidērunt revolū-
tum lápidem. Erat quippe
magnus valde. Et
introeuntēs in monu-
mentum vidērunt júve-
nem sedēntem in dex-
tris, coopērūt stola
candida, et obstupi-
erunt. Qui dicit illis : No-
lite expavescere : Iesum
quaeratis Nazarēnum,
crucifixum : surrēxit,
non est hic, ecce locus
ubi posuerunt eum. Sed

ite, dicte discipulis ejus,
et Petro, quia praeceđit
vos in Galilæam : ibi
eum videbitis, sicut di-
xit vobis. **CREDO.**

Offertorium. *Ps. 75.* Ter-
ra trémuit, et quievit,
dum resurgeret in judi-
cio Deus, alleluia.

Secreta. Suscipe quæsu-
mus Dómine preces pô-
puli tui cum oblationib-
us hostiárum : ut Pa-
schalibus initiatā mysté-
riis, ad aeternitatis nobis
medélam, te operante,
proficiant. Per Dñm.

PRAEFATIO. Te quidem
Dómine omni tempore, sed
in hac potissimum die.
Ps. 248.

Infra actionem Communi-
cantes, et Hanc igitur. *Ibid.*
Et sic dicitur usque ad
Sabb. in Albis inclusive.

Comm. 1. *Cor. 5.* Pascha
nostrum immolatus est
Christus, alleluia : ita-
que epulēmur in azymis
sinceritatis, et veritatis,
alleluia, alleluia, allel.
Postcommunio. Spiritu
nobis, Dómine, tua
caritatis infunde : ut
quos sacramentis Pa-
schalibus satiasti, tua
facias pietate concordes.
Per Dóminum.

Post Dóminus vobiscum
dicitur : Ite Missa
est, alleluia, alleluia.
¶ Deo grātias, alle-
luia, alleluia.

Et sic dicitur usque ad
Sabb. in Albis inclusive.

Infra Oct. Paschæ non
fit de aliquo Feste dupli-
ci vel semidipli, sed Duplici,
qua transferri possunt, post
Octav. celebrantur; de Du-

plicibus autem, qua trans-
ferri nequeunt, de Semidipli-
bus et Simplicibus oc-
currentibus post hoc tri-
diuum, fit tantum Commem.

Feria ii. STATIO AD S. PETRUM.

Introitus. *Exodi 13.*
Ntriduxit vos
Dóminus in
terram fluen-
tem lac et mel,
alleluia : et ut lex Dñi
semper sit in ore vestro,
alleluia, alleluia. *Ps. 104.*
Confitemini Dómino, et
invocate nomen ejus :
annuntiate inter gentes
opera ejus. ¶ Glória.
Gratia, Deus, qui sole-
nitati Paschali, mun-
do remédia contulisti :
populum tuum quæsu-
mus caeléstī dono prosc̄e-
querūt ; ut et perfec̄tam
liberatēm conseguī me-
réatur, et ad vitam pro-
ficiat sempiternam. Per
Dóminum nostrum.
Léct. *Actuum Apost. 10.*

In diébus illis : Stans
Petrus in mélio
plebis, dixit : Viri fra-
tres, vos scitis quod fa-
ctum est verbum per
universam Iudeam :
incipiens enim a Galilæa post baptismum,
quod prædicavit Joān-
nes, Iesum a Názareth :
quomodo unxit eum
Deus Spíritu sancto, et
virtute, qui pertransiit
benefaciendo, et sanan-
do omnes opprēssos a

diábole, quóniam Deus
erat cum illo. Et nos
testes sumus ómnium,
qua fecit in régione Ju-
daearum, et Jerísaalem,
quem occidérunt suspen-
dentes in ligno. Hunc
Deus suscitavit tértia
die, et dedit eum mani-
festum fieri non omnī
pópulo, sed téstibus
præordinatis a Deo : no-
bis, qui manducavimus,
et bibimus cum illo post-
quam resurrēxit a mó-
tuis. Et præcepit nobis
prædicare pôpulo, et
testificari quia ipse est,
qui constitutus est a Deo
iudex vivōrum, et mor-
tuorum. Huic omnes
prophétæ testimoniūm
pérhibent remissiōnem
peccatorum accipere per
nomen ejus omnes, qui
credunt in eum.
Grab. *Ps. 117.* Haec dies,
quam fecit Dñs : exsul-
témus, et latémur in ea.
¶ Dicat nunc Israel,
quóniam bonus : quóniam
in sacerulum miser-
icordia ejus. Alleluia. *Ps. Matth. 28.*
Angelus Dñi descendit
de calo : et accédens re-
vólvit lápidem, et sedé-
bat super eum.

SEQ. *Victima Paschali,*
cum *Alleluia* in fine, ut su-
pra in Dñica Pasche, p. 259.
Seq. *sanceti Changeli* se-
cundum Lucam. 24. 6.

IN illo tempore: Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus. Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus, quae acciderant. Et factum est, dum fabularerunt, et secum quererent: et ipse Jesus appropinquans ibat cum illis; oculi autem illorum tenebantur eum agnoscere. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantibus, et estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Clephas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, et non cognovisti quae facta sunt in illis diebus? Quibus ille dixit: Quae? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere, et sermonē coram Deo, et omni populo: et quomodo eum tradidérunt summi sacerdotes, et principes nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel: et

nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, et, non invento corpore ejus, venérunt, dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. Et abiérunt quidam ex nostris ad monumentum: et ita invenérunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenérunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti, et tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetae! Nonne haec opórtuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Móyse, et omnibus Prophétis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquaverunt castello quo ibant: et ipse se fixit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quóniam ad vesperas cit, et inclinata est jam dies. Et intravit cum illis. Et factum est, dum recumbenter cum eis, accépit panem, et benedixit, ac fregit, et porrigebat illis. Et aperte sunt oculi eorum, et cognoverunt eum: et ipse evanuit ex oculis

éorum. Et dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loquereretur in via, et aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadē hora regressi sunt in Ierusalem; et inveniērunt congregatos iudeos, et eos, qui cum illis erant, dicentes: Quod surrexit Dñus vere, et appáruí Simóni. Et ipsi narrabant quae gesta erant in via: et quomodo

SECRETA. *Suscipe que-
suumus*, p. 260.

COMMUNIO. *Luc. 24.* Sur-
réxit Dñminus, et appá-
ruí Petro, alleluia.

POSTCOMMUNIO. *Spiri-
tum nobis*, p. 260.

Feria iii. STATIO AD S. PAULUM.

Introitius. *Ecccl. 15.*

Aqua sapientiae potávit eos, alleluia: firmitábor in illic, et non flectetur, alleluia: et exaltabit eos in eternum, alleluia, allel. *Ps. 104.* Confitemini Dñmino, et invoke nomen eius: annuntiate inter gentes opera ejus. *V. Glória Patri.*

Oratio. Deus, qui Ecclésiam tuam novo semper fetu multiplicas: concéde famulis tuis, ut sacramentum vivendo téneant, quod fide percepérunt. Per Dñum. *Léct. Actuum Apost. 13.*

In diébus illis: Surgens Paulus, et manu siléntium indicens, ait: Viri fratres, filii géneris Abraham, et qui in vobis timent

Deum, vobis verbum salutis hujus missum est. Qui enim habitabant Ierusalem, et principes ejus ignorantes Jesum, et voces Prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur, judicantes impleverunt, et nullam causam mortis inventientes in eo, petierunt a Pilato, ut interficerent eum. Cumque consummássent omnia, quæ de eo scripta erant, depónentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus vero suscitavit eum a mortuis tertia die: qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo de Galilea in Ierusalem: qui usque nunc sunt testes ejus ad plenam. Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad

patres nostros reprobimis-
sio facta est : quóniam
hanc Deus adimplévit
filii nostris resuscitans
Iesum Christum Dómi-
num nostrum.

Graduale. Ps. 117. Hæc
dies, quam fecit Dómi-
nus : exultémus, et læ-
témur in ea. **V. Ps. 106.**
Dicant nunc, qui redémp-
ti sunt a Dómino :
quos redémit de manu
inimici, et de régionibus
congregávit eos. Alle-
lúia, allelúia. **V.** Surré-
xit Dóminus de sepúl-
cro, qui pro nobis pe-
pendit in ligno.

Seq. Vigilia Paschæ,
ut supra in Dominica Pa-
schæ, p. 260.

Seq. sancti Echangeii se-
cundum Lucam. 24. c

In illo tempore :
Stetit Jesus in mé-
dio discipulorum suó-
rum, et dicit eis : Pax
vobis : ego sum, nolite
timere. Conturbáti vero,
et contérerti, existimá-
bant se spiritum videre.
Et dixit eis : Quid tur-
báti estis, et cogitationes
ascendunt in corda ve-
stra? Videte manus
meas, et pedes, quia ego
ipse sum : palpate, et vi-
dete : quia spiritus car-
nem, et ossa non habet,
sicut me videtis habere.
Et cum hoc dixisset,
ostendit eis manus, et
pedes. Adhuc autem il-

lis non credéntibus, et
mirántibus præ gáudio,
dixit : Habétis sic alí-
quid, quod manducéter? At illi obtulerunt ei par-
tem pisces assi, et favum
mellis. Et cum mandu-
casset coram eis, sumens
relíquias, dedit eis. Et
dixit ad eos : Hæc sunt
verba, que locutus sum
ad vos, cum adhuc essem
vobiscum, quóniam ne-
cessé est impléri ómnia,
que scripta sunt in lege
Móysi, et Prophétis, et
Psalmis de me. Tunc
apéruit illis sensus ut
intelligerent Scripturas.
Et dixit eis : Quóniam
sic scriptum est, et sic
oportébat Christum pa-
tri, et résurgere a mórtui-
tus tertiæ die : et prædi-
cari in nómine ejus pœ-
nitentiam, et remissió-
nem peccatórum in omnes
gentes. **CREDO.**
Offertorium. Ps. 17. In-
tontuit de celo Díus, et
Altissimus dedit vocem
suam : et apparuerunt
fontes aquárum, allelúia.
Secræta. Síscipe, Dó-
mine, fidélium preces
cum oblationibus hostiá-
rum : ut per hac piæ
devotionis officia, ad
caelestes glóriam trans-
eámus. Per Dóminum.
Communio. Coloss. 3. Si
consurrexisit cum Christo :
qua sursum sunt
quærите, ubi Christus est

in déxtera Dei sedens,
allelúia : qua sursum
sunt sápite, allelúia.
Postcommunio. Concé-
de, quæsumus omnipo-

tens Deus : ut Paschá-
lis percéptio sacramé-
nti, continua in nostris
mémentibus perseveret.
Per Dóminum.

~~~~~ Feria iv. ~~~~

STATIO AD S. LAURENTIUM EXTRA MUROS.

**Introitius.** *Matth. 25.*  
Enite benedicti  
Patris mei,  
percipite re-  
gnum, allelúia:  
quod vobis paratum est  
ab origine mundi, alle-  
lúia, allelúia, allelúia.  
**Ps. 95.** Cantáte Dómino  
canticum novum : cantá-  
te Dómino omnis terra.  
**V. Glória Patri.**

**Oratio.** Deus, qui nos  
resurrectionis Domini-  
cæ annua solemnitate  
lætificas : concéde pro-  
pitius ; ut per temporá-  
lia festa quaé ágimus,  
pervenire ad gáudia  
áeterna mereámur. Per  
eúdem Dóminum.

Ab hac die usque ad Sab-  
batum in Albis inclusive,  
post Orationem diei dicitur  
una ex sequentibus Oratio-  
nibus tantum, nisi facient-  
ur Commenti alicuius Fe-  
sti simplicis vel ad modum  
simplicis occurrentis.

**ORATIO.** Contra persecut.  
Ecccl. *Ecclesiæ*, p. [58].

Vel pro Papa. *Deus, óm-  
nium fidélium*, ibid.

**Léct. Actuum Apost. 3. b**

**I**n diébus illis :  
Apériens Petrus

os suum, dixit : Viri

dexteræ Dómini exaltá-  
vit me. Allelúia, allelúia.

**V.** *Luc. 24.* Surréxit Dóminus vere, et appár-ruit Petro.

**SEQ.** *Vigilia*, ut in Do-minica Pasche, p. 260.

**Seq. sancti Evangelii se-cundum Joánnem.** 21.

**I**n illo tempore: Ma-nifestávit se iterum Jesus discipulis ad mare Tíberiadis. Manifestávit autem sic: Erant simul Simon Petrus, et Tho-mas, qui dicitur Didy-mus, et Nathánael, qui erat a Cana Galilææ, et filii Zebédæi, et alii ex discipulis eis duo. Di-cit eis Simon Petrus: Vado piscári. Dicunt ei: Venimus et nos tecum. Et exiérunt, et ascendé-runt in navim: et illa nocte nihil prendidé-runt. Mane autem factó stetit Jesus in littore: non tam cognovérunt discipuli quia Jesus est. Dixit ergo eis Jesus: Púeri, numquid pulmén-tarum habétis? Respon-dérunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in déxteram navigii rete: et invenié-tis. Misérunt ergo: et jam non valébant illud trahere præ multitudine píscium. Dixit ergo dis-cipulus ille, quem dili-gébat Jesus, Petro: Dó-minus est. Simon Petrus cum audísserit, quia Dó-minus est, túnica suc-cinxit se (erat enim nu-

dus) et misit se in mare. Alii autem discipuli na-vigo, venérunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cùbitis ducéntiis) trahéntes rete pís-cium. Ut ergo descen-dérunt in terram, vidé-runt prunas pósitas, et píscem superpósitum, et panem. Dicit eis Jesus: Afférte de píscibus, quos prendidistis nunc. As-cendit Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magnis píscibus centum, quinquaquínta tribus. Et cum tanti es-sent, non est scíssum re-te. Dicit eis Jesus: Ve-nite, prandéte. Et nemo audébat discípulum interrogare eum: Tu quis es? scíentiae, quia Dñus est. Et venit Jesus, et accípít panem, et dat eis, et píscem similiter. Hoc jam térito manife-státus est Jesus discípulis suis cum resurrexis-set a mórtuis. **CREDO.** **O**ffertorium. *Fs. 77.* Por-tas céli apéruit Dómi-nus: et pluit illis manna ut éderent: panem cali-dedit eis: panem An-gełorum manducávit homo, alleluia.

**S**ecreta. Sacrificia, Dó-mine, Paschálibus gá-diis immolámus: quibus Ecclésia tua mirabilis et pásctus et nutritur. Per Dóminum nostrum.

**S**ecreta. Contra perse-cutores Ecclésie. **Prótege,** p. [59].

**V**el pro Papa. *Oblätz*, ibid.

**C**ommunio. *Rom. 6.* Christus résurgens ex mórtuis, jam non móri-tur, alleluia: mors illi ultra non dominábitur, alleluia, alleluia.

**P**ostcommunio. Ab om-i-  
ni nos, quæsumus Dómi-ne, vetustáte purgátos: sacra-ménti tui venerán-da percep-tio in novam transfrerat creatíram: Qui vivis et regnas.

**P**ostCOMM. Contra per-secutores Ecclésie. *Quasi-mus Dómine*, p. [59].

**V**el pro Papa. *Hec nos.* ibid.

### Feria v. statio ad ss. duodecim apostolos.

**I**ntroitus. *Sap. 10.*

**I**tricem ma-nuum tuam Dó-mine laudáve-runt páriter, alleluia: quia sapiéntia apéruit os mutum, et linguis infántium fecit disertas, alleluia, alleluia. *Ps. 97.* Cántate Dómino, canticum no-vum: quia mirabília fe-cit. **V.** Glória Patri.

**O**ratio. Deus, qui di-versitatem géntium, in

confessióne tu nómini-s adunásti: da, ut renátis fonte baptísmatis, una sit fides méntium, et pietas actionum. Per Dóminum nostrum.

**S**eunda Oratio, vel *Ecclesiæ, vel Deus omnium fidélium*, p. [58].

**L**ect. *Actuum Apost.* & *e*

**I**n diébus illis: Ai-ge-lus Dómini lo-cútus est ad Philip-pum, dicens: Surge, et vade contra meridiánum ad viam, quæ descendit ab

Jerúsalem in Gazam: hac est desérita. Et sur-gens abiit. Et ecce vir Æthiops, eunúchus, po-tens Candácis regina-Æthiopum, qui erat su-per omnes gazas ejus, vénérat adorare in Je-rúsalem: et revertebá-tur sedens super currum suum, legénsque Isaiam prophétam. Dixit autem Spiritus Philippo: Ac-cede, et adjúnge te ad currum istum. Accur-rens autem Philip-pus, audivis eum legéntem Isaiam prophétam, et dixit: Putásne intellígis que legis? Qui ait: Et quómodo possum, si non alíquis osténderit mihi? Rogavitque Philip-pum ut ascénderet, et se-déret secum. Locus au-tem Scripturæ, quam legébat, erat hic: Tam-quam ovis ad occisió-nem ductus est: et sic ut agnus coram tondén-te se, sine voce, sic non

apéruit os suum. In humilitate iudicium eius sublátum est. Generatōnē ejus quis enarrabit, quóniam tollerūt de terra vita ejus? Respóndens autem euníchus Philippo, dixit: Obsercro te, de quo prophéta dicit hoc? de se, an de álio aliquo? Apériens autem Philíppus os suum, et incipiens a Scripturā ista, evangelizavit illi Jesum. Et dum irent per viam, venérunt ad quamdam aquam : et ait euníchus : Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus : Si credis ex toto corde, lícet. Et respóndens ait : Credo, Filiū Dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currum : et descendērunt utrēque in aquam, Philippus et euníchus, et baptizávut eum. Cum autem ascendissent de aqua, Spíritus Dñi rāpuit Philippum, et amplius non vidit eum euníchus. Ibat autem per viam suam, gaudens. Philippus autem inventus est in Azoto, et per trānsiens evangelizabat civitatis bus cunctis (donec veniret Cesáream) nomen Dñini Iesu Christi. *Graduale. Psalm. 117.* Hæc dies, quam fecit Dñinus : exultémus,

et lāetémus in ea. **V.** Lápide, quem reproba-vérunt adificantes, hic factus est in caput ánguli : a Dñino factum est istud, et est mirabile in oculi nostris. Alleluia, alleluia. **V.** Surrexit Christus, qui creávit omnia : et misératus est humāno género.

**SEQ. VITTONA**, ut in Dominica Paschæ, p. 260.

**Seq. sancti Ehangelii secundum Joánnem. 20. c**

**I**n illo tempore : Maria stabat ad monumēntum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinávit se, et prospéxit in monumēntum : et vidit duos Angelos in albis, sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi pósitus fūterat corpus Iesu. Dicunt ei illi : Múlier, quid ploras? Dicit eis : Quia tulérunt Dñinum meum : et nescio ubi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conversa est retrorsum, et vidit Jesum stantem : et non sciébat quia Jesus est. Dicit ei Jesus : Múlier, quid ploras? quem queris? Illa existimans, quia hortulánuis esset, dicit ei : Dñmine, si tu sustulisti eum, dicio mihi ubi posuisti eum : et ego eum tollam. Dicit ei Jesus : Maria.

Conversa illa, dicit ei : Rabbóni (quod dicitur Magister). Dicit ei Jesus : Noli me tāngere, nondum enim ascéndi ad Patrem meum : vade autem ad fratres meos, et dico eis : Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum. Venit María Magdaléne anhíntians discipulis : Quia vidi Dñinum, et haec dixit mihi. **CREDO.** **Offertorium. Exaudi, Dñi, Dñe, preces nostraras : ut redemptiōnis nostre sacrosáncta comíercia, et vitæ nobis cónferant preséntis auxilium, et gáudiu semperna concílient. Per Dñinum.**

Altera Postcommunio, vel **Quiescimus Dñine**, vel **Hæc nos**, p. [59].

### Feria vi. STATIO AD S. MARIAM AD MARTYRES.

**Introitius. Ps. 77.**

Dúxit eos Dñminus in spe, alleluia : et inimicos eorum opérui mare, alleluia, allel., allel. **Ps. ib.** Atténdite popule meus legem meam : inclináte aurem vestram in verba oris mei. **V.** Glória.

**Oratio.** Omnipotens sempitérne Deus, qui Paschale sacramentum in reconciliatiōni humānae fodere contulisti : da mēntibus nostris;

ut quod professiōne celebrámus, imitémur effectu. Per Dñinum.

Secunda Oratio, vel **Ecclesiastis**, vel **Deus, omnium fidélium**, p. [58].

**Léct. Epistolæ B. Petri Apóstoli. 1. Petri 3. d**

**C**arissimi : Christus semel pro peccatis nostris mórtuus est, iustus pro injūtis, ut nos offéret Deo, mortificá tus quidem carne, vivificá tus autem spiritu. Ita quo et his, qui in cárcere erant, spirítibus v-

miers prædicavit : qui incrèdui fuerant aliquid, quando expescitabant Dei patiētiā in diēbus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animaē salva facta sunt per aquam. Quod et vos nunc similis formae salvos facit baptisma : non carnis depositio sordiuē, sed conscientia bona interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi Dōmini nostri, qui est in dextera Dei.

**Graduale. Ps. 117.** Hac dies, quam fecit Dōminus : exultemus, et lætemur in ea. ¶ Benedic̄tus qui venit in nōmine Dōmini : Deus Dōminus, et illūxit nobis. Alleluia, alleluia, alleluia. ¶ **Ps. 25.** Dicite in gēnibus : quia Dñus regnavit a ligno.

**SEQ.** Vt̄dīm̄, ut in Dominica Paschæ, p. 260.

**Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum, 28.**

**I**n illo tempore : Undecim discipuli abiérunt in Galilæam in montem, ubi constituerat illis Jesus. Et vidētes eum adoraverunt : quidam autem dubitaverunt. Et accédens Iesus locutus est eis, dicens : Data est mihi omnis potestas in celo, et in terra. Eūnt ergo docēte omnes gentes :

baptizantes eos in nōmine Patris, et Filii, et Spiritus sancti : docētes eos servare omnia quæcūmque mandavi vobis : et ecce ego vobiscum sum omnibus diēbus, usque ad consummationem seculi. Credo.

**Offertorium. Exodi 13.** Erit vobis hæc dies memorialis, alleluia, et diem festum celebrabitis sollemnem Dño in progénies vestras : legitimum sempernūm diem, alleluia, alleluia, alleluia.

**Secreta.** Hóstias, quæsumus Dōmine, placatus assūme : quas et pro renatōrum expiatiōne pecati deférimus, et pro acceleratione celéstis auxiliū. Per Dōminum.

Altera Secreta, vel Prētege nos, vel Olđdīs, p. [59].

**Communio. Matth. 28.**

Data est mihi omnis potestas in celo et in terra, alleluia : effinete docēte omnes gentes, baptizantes eos in nōmine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.** Réspice, quæsumus Dōmine, populum tuum : et quem atēnū dignatus es renovare mēstiris, a temporaliib⁹ culpis dignanter absolvē. Per Dñm.

Altera Postcommunio, vel Quasim̄ Dōmine, vel Hac nos, p. [59].

## Sabbato in Albis.

STATIO AD S. JOANNEM IN LATERANO.

**Introitius. Ps. 104.**

Dūxit Dōminus populum suum in exultatione, alleluia : et elec̄tos suos in lætitia, alleluia, alleluia. **Ps. ib.** Confitemini Dōmino, et invocate nomen ejus : annuntiate inter gentes opera ejus. ¶ Glória Patri.

**Oratio.** Concedē, quæsumus omnipotens Deus : ut qui festa Paschalia venerando ēgimus : per hæc contingere ad gāudia atēnū mereāmur. Per Dōminum.

Secunda Oratio, vel Ecclēsiae, vel Dēs, om̄ium fidūm, p. [58].

Lécito Ep̄stola B. Petri Apóstoli. **1 Petr. 2.**

Cariissimi : Deponētis igitur omnem malitiām, et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detrac̄tiones, sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscere : ut in eo crescatis in salutem : si tamen gustatis quoniam dulcis est Dōminus. Ad quem accedentes lāpidem vivum, ab hominib⁹ quidem reprobatum, a Deo autem élēctum, et honorificatum : et ipsi tamquam lapides vivi superaedifi-

cāmini, domus spirituālis, sacerdotiūm sanctūm, offérre spirituāles hóstias, acceptabiles Deo per Jesum Christum. Propter quod cōnitit Scriptura : Ecce ponō in Sion lápidem summum angularem, élēctum, pretiosum : et qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credētibus : non credētibus autem lapis, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli : et lapis offensionis, et petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo et positi sunt. Vos autem genus élēctum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis : ut virtutes annuntiatēs ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lu-men suum. Qui aliquāndo non populus, nunc autem populus Dei : qui non consecuti misericōrdiam, nunc autem misericōrdiam consecuti.

\* Ab hac die usque ad Oct. Pentec., tam in Officio de Temp., quam de Sanctis, non dicunt Graduale, sed ejus loco dicuntur duo **VY**, cum quatuor **Alleluia**, ordine infra scripto : preterquam in Missis Rogat., et Vigiliis Pentec., in quibus

## Sabbato in Albis.

dicitur unum *Alleluia*, cum uno *V.* similiter et post quilibet Lect. in Sabb. Quatuor Temp. post Pentec. Alio tempore usque ad Septuag., quando dicitur Graduale, dic. tria *Alleluia* post Graduale, bis ante *V.* et semel post *V.* : cum autem dicitur Sequentia, *Alleluia* quod dicendum esset post *V.*, dicitur post Sequentiā.

*Alleluia, alleluia. V. Ps. 117.* Hæc dies, quam feci Dóminus : exultemus, et lætemur in ea. *Alleluia. V. Ps. 112.* Laudate pueri Dáum, laudate nomen Dómini.

*SEQ. Vidi me*, ut supra in die Pascha, p. 260.

*Seq. sancti Evangelii secundum Joánnem. 20.*

**I**n illo tempore : Una sabbati, Maria Magdaléne vain mane, cum adhuc ténèbrae essent, ad monuméntum : et vidit lámponem sublátum a monuménto. Cucírrit ergo, et venit ad Simónem Petrum, et ad alium discipulum, quem amábatur Jesus, et dicit illis : Tulerunt Dóminum de monuménto, et nescimus ubi posérunt eum. Exiit ergo Petrus, et ille alius discipulus, et venérunt ad monuméntum. Currébant autem duo simul, et illi alius discipulus præcúrrit citius Petro, et venit primus ad monuméntum. Et cum se in-

clínasset, vidit pósita línteamína, non tamen introiit. Venit ergo Si-mon Petrus sequens eum, et introiit in monuméntum, et vidit línteamína pósita, et sudánum, quod fúerat super caput ejus, non cum línteamínibus pósitum, sed separatim involútum in unum locum. Tunc ergo introiit et ille discipulus, qui vénérat primus ad monuméntum : et vidit, et crēdidiit : nondum enim sciébant Scritúram, quia oportébat eum a mórtuis résur gere. *CREDO.*

*Offertor. Ps. 117.* Benedictus qui venit in nómine Dñi : Benediximus vobis de domo Dómini : Deus Dáus, et illíxit nobis, *allelúa, alleluia.* *Secreta.* Concéde, quæsumus Dómine, semper nos per hæc mýsteria Paschália gratulári : ut continua nostræ reparatióne operatióne, perpétua nobis fiat causa lætitiae. Per Dóminum.

*Alia Secreta, vel Prótege, vel Olatius, p. [59].*

*Communio. Galat. 3.* Omnes qui in Christo baptizáti estis, Christum induistis, *allelúa.*

*Postcommunio.* Red-emptionis nostra múnere vegetati, quæsumus Dómine : ut hoc perp-

## Dominica in Albis.

tuæ salútis auxilio, fides  
semper vera proficiat.  
Per Dóminum.

Altera Postcommunio, vel  
*Quæsumus Dómine*, vel  
*Hec nos, p. [59].*

## Dominica in Albis. ~ In Octava Paschæ. STATIO AD S. PANCRATIUM. ~ ~ ~

*Introitius. 1 Petr. 2.*

**P**uasi modo gé-niti infantes, alleluia : rationabiles, sine dolo lac concupiscite, alleluia, alleluia, alleluia. *Ps. 80.* Exsultate Deo adjutori nostro : jubilá-te Deo Jacob. *V. Glória Patri.*

*Oratio.* Praesta, quæsumus, omnipotens Deus : ut qui Paschália festa pergémus : hæc, te largiente, móribus et vita teneámus. Per Dñum.

Léct. Epist. beati Joánnis Apóst. *1 Joann. 5.*

**C**arissimi : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum : et hæc est viçtoria, que vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit quóniam Jesus est Filius Dei? Hic est, qui venit per aquam, et sanguinem, Jesus Christus : non in aqua sólum, sed in aqua et sanguine. Et Spíritus est, qui testificátur, quóniam Christus est véritas. Quóniam tres sunt, qui testimoniū dant in cœ-

lo : Pater, Verbum, et Spíritus sanctus; et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimoniū dant in terra : Spíritus, et aqua, et sanguis : et hi tres unum sunt. Si testimoniū hominum accipimus, testimoniū Dei majus est : quóniam hoc est testimoniū Dei, quod majus est : quóniam testimicatus est de Filio suo. Qui credit in Filiū Dei, habet testimoniū Dei in se.

*Alleluia, alleluia. V. Matth. 28.* In die resur-

rectionis meæ, dicit Dóminus, præcédam vos in Galilæam. *Alleluia. V. Joann. 20.* Post dies octo, jánui clausis, stetit Jesus in médio disci-pulórum suórum, et di-xit : Pax vobis. *Alleluia.*

*Seq. sancti Evangelii secundum Joánnem. 20. e*

**I**n illo tempore : Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fo-re essent clausæ, ubi erant discipuli congre-gati propter metum Judaëorum : venit Jesus, et stetit in médio, et dixit eis : Pax vobis. Et cum

hoc dixisset, osténdit eis manus, et latus. Gavisunt ergo discipuli, viso Dómino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mittō vos. Hæc cum dixisset, insufflavit: et dixit ei: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisératis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retentā sunt. ¶ Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei alii discipuli: Vidiūs Dóminūm, Ille autem dixit eis: Nisi video in mánibus ejus fixíram clavórum, et mittam digitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli ejus intus: et Thomas cum eis. Venit Jesus jánuis clausis, et stetit in médio, et dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomae: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et noli esse incrédulus, sed fidélis. Réspondit Thomas, et dixit ei: Dóminus meus, Deus meus. Dixit ei Jesus: Quia vidisti me, Thoma,

credidisti: beáti qui non vidérunt, et credidérunt.\* Multa quidem, et ália signa fecit Jesus in conspéctu discipulorum suórum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei: et ut credentes, vitam habeatis in nōmine ejus. CREDO.

**Offertorium. Matth. 28.** Angelus Dómini descendit de cælo, et dixit mulieribus: Quem quaeritis, surréxit, sicut dixit, alleluia.

**Serreta.** Súscipe múnera, Dómine quæsumus, exultántis Ecclesiæ: et cui causam tanti gáudii præstisti, perpétuae fructuum concéde latitia. Per Dóminum.

**Communio. Joann. 20.** Mitte manum tuam, et cognoscere loca clavórum, alleluia: et noli esse incrédulus, sed fidélis, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.** Quæsumus, Dómine Deus noster: ut sacrosáncta mysteria, quæ pro reparatiōne nostræ munimine contulisti, et praesens nobis remédiūm esse fácias, et futurum. Per Dóminum.

\* A Feria ij. post Octavam Paschæ usque ad Ascensionem, post Orationem diei

dicuntur Orationes sequentes, nisi sit Festum duplex.

De beata Maria, Oratio.

**Concede nos**, p. [57].

Tertia Oratio, contra per-

secut. Ecclesiæ tuae,

p. [58]; vel pro Papa. Deus

omnium fideliūm, ibid.

De beata Maria, Secreta.

Tua, Dómine, p. [58].

Tertia Secreta, contra per-

secut. Ecclesiæ. Prótege

nos, p. [59]; vel pro Papa.

Oblidice, ibid.

De B. Maria. Postcomm.

Sumptus Dómine, p. [58].

Tertia Postcomm., contra per-


secut. Ecclesiæ. Quæsa-

mus Dómine, p. [59]; vel pro

Papa. Hac nos, ibid.

### Dominica ii. post Pascha.

**Introitius.** Ps. 32.



Isericordia Dómini plena es terra, alleluia: verbo Dómini cali firmati sunt, alleluia, alleluia, Ps. 1b. Exsultate justi in Dómino: rectos decet collaudátio. V. Glória Patri.

**Oratio.** Deus, qui in Filii tui humilitate, ja-céntem mundum erexisti: fidélibus tuis perpétuum concéde letitiam;

ut quos perpétuae mortis eripuisti casibüs, gáudii facias pérfrui sem-piternis. Per eúndem.

**Aliae Orationes.** Concede nos, p. [57], et Ecclesiæ, vel Deus omniūm, p. [58].

Lécito Epistolas B. Petri Apostoli. I. Petr. 2.d.

**C**arissimi: Christus

passus est pro nobis, vobis reliquias exemplum, ut seqüamini vestigia ejus. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus: qui cum male-diceretur, non male-

dicébat: cum pater-tur, non comminabátur: tradebát autem iudicáti-um se injúste: qui peccáta nostra ipse pérfulit in corpore suo super li-gnum: ut peccatis mor-tui, justitiae vivámus: cujus lívore sanáti estis. Erátiis enim sicut oves errántes, sed converási estis nunc ad pastórem, et episcopum animárum vestrárum.

Alleluia, allel. V. Luc.

24. Cognovérunt dicipi-li Dóminūm, Iesum in fractiōne panis. Alleluia.

V. Joann. 10. Ego sum

pastor bonus: et cognó-sco oves meas, et cognó-scunt me meæ. Alleluia.

Seq. sancti Euangeli scún-dum Joánnem. 10.

**I**n illo tempore: Di-

xit Jesus Phari-sais: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ániman suam dat pro óribus suis. Mercenárius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves própriæ, videt

lupum veniente, et dimittit oves, et lupus rapit, et despigit oves : mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de oviis. Ego sum pastor bonus : et cognosco meas, et cognoscunt me mea. Sic ut novit me Pater, et ego agnoscio Patrem : et animam meam ponio pro oviis meis. Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili : et illas oporetur me addicere, et vocem meam audient, et fieri unum ovile, et unus pastor.

**Offertorium. Psalm. 62.**  
Deus Deus meus, ad te  
de luce vígilo : et in nō-  
mine tuo levábo manus  
meas, allelúia.

### Dominica iii. post Pascha.

## Introitus. Ps. 65.

**A**Ubiláte Deo  
omnis terra,  
alleluia : psal-  
mum dicite  
nómini ejus, alleluia :  
date gloriá laudi ejus,  
alleluia, alleluia, alle-  
luia. *Ps. ib.* Dicite Deo,  
quam terribilia sunt  
ópera tua Domine : in  
multitudine virtutum tuæ  
mentiuntur tibi inimici  
tui. **Gloria Patri.**  
**Oratio.** Deus, qui er-  
rántibus, ut in viam pos-  
sint redire justitiae, ve-

ritatis tuae lumen ostendit: da cunctis, qui Christiana professione censentur, et illa respire, quia huic inimica sunt nomini, et ea sunt apta, sectari. Per Dominum nostrum.

Aliæ Orationes. Concede nos, [p. 53] et Ecclesiae tuae, vel Deum omnium, [p. 53]

Læcīo Epistolæ B. Petri Apóstoli. I. Petr. 2. b  
C<sup>a</sup> rissimæ: Obscuræ vos tamquam advenas et peregrinos abstinet vos a carnalibus.

*Aliæ Orationes. Concède  
nos, p. [57], et Ecclesiæ tuæ,  
vel Deus omnium, p. [58].*

Léctio Epistolæ B. Petri Apóstoli. 1. Petr. 2. b  
CáriSSimi : Obscero  
vos tamquam ád-  
venas et peregrinos abs-  
tinére vos a carnálibus

**C**áriSSimi : Obsecro  
vos tamquam ád-  
venas et peregrinos abs-  
tinére vos a carnálibus.

**Dominica iii. post Pascha.**

desideriis, quæ militant  
adversus animam, con-  
versationem vestram in-  
ter gentes habentes bo-  
nam; ut in eo, quod  
detractant de vobis tam-  
quam de malefactöribus,  
ex bonis opéribus vos  
considerantes, glorifican-  
t Deum in die visitatióni.  
Subiecti igitur estóte omni humána  
creatúra propter Deum:  
sive regi quasi præcel-  
lenti: sive ducibüs tam-  
quam ab eo missis ad  
vindictam malefactörum,  
laudem vero bondi-  
rum: quia sic est volun-  
tatis Dei, ut benefac-  
ientes obmutescere fa-  
ciáti imprudentium hó-  
minum ignoratiōnem: :  
quasi liberi, et non quasi  
velámen habentes mali-  
tiae libertatēm, sed sicut  
servi Dei. Omnes hono-  
rate: fraternitatem dilig-  
ite: Deum timete: re-  
gen honorificáte. Servi  
subditi estóte in omni mi-  
tore domini, non tantum  
bonis et modéstis, sed etiam dyscolis. Hæc  
est enim grátia: in Christo  
Iesu Dño nostro.

Alleluia, alleluia. **V.**  
**Ps. 110.** Redemptionem  
misit Dñus populo suo.  
Alleluia. **V. Luc. 24.**  
Oportébat pati Chri-  
stum, et resurgere a  
mórtuis: ita intrare in  
gloriā suam. Alleluia.

**Seq.** sancti Evangelii secundum Joannem. 16. b.  
**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Modicum, et jam non videbitis me: et iterum modicum, et videtis me: quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis ejus ad invicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, et non videtis me: et iterum modicum, et videtis me, et quia vado ad Patrem? Dicabant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicum? nescimus quid loquitur. Cognovit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, et dixit eis: De hoc queritis inter vos, quia dixi: Modicum, et non videtis me: et iterum modicum, et videtis me. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, et flебebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Müller cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus: cum autem pepерerit píerum, jam non meminit presúræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem vidēbo vos, et gaudēbit

cor vestrum : et gáudium vestrum nemo tollet a vobis. CREDO.

**Offertorium.** Ps. 145. Lauda anima mea Domini num : laudabo Domum in vita mea : psallam Deo meo, quādū ero, allel. **Secreta.** His nobis Dñe mystériis conferat, quo terrána desideria mitigantes, discimus amáre cælestia. Per Dñum.

Aliæ Secretæ. Tua, Domine, p. [58], et Protege, vel Oblatæ, p. [59].

## Dominica iv. post Pascha.

**Introitius.** Ps. 97.

**C**antice novum, alleluia : quia mirabilia fecit Dóminus alleluia : ante conspécuum géntium re-lévit justitiam suam, alleluia, alleluia, allel. Ps. ib. Salvátibz sibi dextera ejus : ei bráchium sanctum ejus. V. Glória. **Oratio.** Deus, qui fidélium mentes unius efficiens voluntatis : da populi tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis; ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia. Per Dóminum.

Aliæ Orationes. Concede nos, p. [57] et Ecclésie, vel Deus omnium, p. [58].

**Communio.** Joann. 16. Módicum, et non videbitis me, alleluia : iterum módicum, et videbitis me, quia vado ad Patrem, alleluia, alleluia. **Postcommunio.** Sacramenta quæ súmpsimus, quesumus Dómine, et spirituálibus nos instárent aliméntis, et corporálibus tueántur auxiliis. Per Dóminum.

Aliæ Postcomm. Sumpitus Dómine, p. [58], et Quesimus Dómine, vel Hac nos, p. [59].

verbum, quod potest salvare ánimás vestras.

Alleluia, alleluia. Ps. 117. Déxtera Dni fecit virtutem : déxtera Dómini exaltavit me. Alleluia. V. Rom. 6. Christus resurgens ex mórtuis, jam non móritur : mors illi ultra non dominabitur. Alleluia.

**Offertorium.** Psalm. 65. Jubiláte Deo univérsa terra, psalmum dicite nómini ejus : venite, et audite, et narrábo vobis, omnes qui timéti Dónum, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ, alleluia.

**Secreta.** Deus, qui nos per hujus sacrificii veneranda commércia, unius summae, divinitatis participes effecisti : praesta quesumus ; ut, sicut tuum cognoscimus veritatem, sic eam dignis móribus assequamur. Per Dóminum.

Aliæ Secretæ. Tua, Domine, p. [58], et Protege nos, vel Oblatæ, p. [59].

**Communio.** Joann. 16. Cum vénerit Paráclitus Spiritus veritatis, ille árguit mundum de peccato, et de justitia, et de judicio, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.** Adesto nobis, Dómine Deus noster : ut per hæc, quæ fidéliter súmpsimus, et purgémur a vitia, et a periculis omnibus eruamur. Per Dominum.

Aliae Postcomm. Sump̄tis,  
Dōmine, p. [58] et Quæsus-  
mus Dōmine, vel Hæc nos,  
p. [59].

## Dominica v. post Pascha.

Antroitus. Is. 48. d

**O**cem jucundi-  
tatis annun-  
tiātū, et au-  
diātū, alle-  
luia : annuntiātū usque  
ad extrēmū terrā : li-  
berātū Dōminus pōpu-  
lū suū, alleluia, alle-  
luia. Ps. 65. Jubilatē Deo  
omnis terra, psalmū  
dicite nōmīne ējus : datē  
gloriā laudi ējus. V.  
Gloriā Patri.

Oratio. Deus, a quo  
bona cuncta procēdūnt,  
largire supplicib⁹ tuis :  
ut cogitēmus, te inspi-  
rānte, que recta sunt;  
et te gubernānte, éadem  
faciāmus. Per Dōminum  
nostrum.

Aliae Orationes. Concēde  
nos, p. [57] et Ecclēsia, vel  
Deus omnium fidélium,  
p. [58].

Léctio Epistolæ bēati  
Jacobi Apóstoli. 1. d.

**C**ariissimi : Estote fa-  
cēores verbi, et non  
auditōres tantum : fal-  
lēntes vosmetipsos. Quia  
si quis auditor est verbi,  
et non factor : hic com-  
parabitur viro conside-  
ránti vultum nativitatēs  
sue in spēculo : conside-  
rávit enim se, et abīvit,  
et statim oblitus est qua-  
lis fūerit. Qui autem

perspēxerit in legem  
perfēctam libertatis, et  
permānsiter in ea, non  
auditor obliviōsus fa-  
ctus, sed factor operis :  
hic beatūs in factō suo  
erit. Si quis autem put-  
tat se rēligiosum esse,  
non refrānans lingua-  
suam, sed sedūcens cor  
suum, hujus vana est rē-  
ligio. Religio munda, et  
immaculata apud Deum  
et Patrem, hæc est : Vi-  
sitāre pupilos, et viduas  
in tribulatiōne eōrum, et  
immaculatū se custo-  
dire ab hoc sēculo.

Alleluia, allel. V. Sur-  
rēxit Christus, et illū-  
xit nobis, quos redēmit  
sanguine suo. Alleluia.  
V. Ioann. 10. Exivi a  
Patre, et veni in mun-  
dum : iterum relinquo  
mundum, et vado ad Pa-  
trem. Alleluia.

Seq. sancti Evangelii se-  
cundūm Joānnem. 16. c.  
**I**n illo tempore : Di-  
xit Jesus discipulī suis : Amen, amen  
dico vobis : si quid pe-  
titieris Patrem in nōmīne  
meo, dabit vobis. Usque modo non peti-  
stis quidquād in nōmīne  
meo : Pētēte, et accipie-  
tis, ut gādium vestrum  
sit plenum. Hæc in pro-

vēriū locutus sum vo-  
bis. Venit hora, cum  
jam non in prōverbiis lo-  
quar vobis, sed palam  
de Patre annuntiābo vo-  
bis. In illo die in nōmī-  
ne meo petētis : et non  
dico vobis, quia ego ro-  
gābo Patrem de vobis : ipse  
enī Pater amat vos, quia vos me amā-  
tis, et credidistis, quia  
ego a Deo exīvi. Exīvi  
a Patre, et veni in mun-  
dum : iterum relinquo  
mundum, et vado ad Pa-  
trem. Dicunt ei disci-  
puli ejus : Ecce nunc pa-  
lam lōqueris, et prōver-  
biū nullum dicis. Nunc  
scimus, quia scis omnia,  
et non opus est tibi ut  
quis te interrogēt : in hoc  
crēdimus, quia a Deo  
existi.

CREDO.

Offertorium. Ps. 95. Be-  
nedicte gentes Dōmi-  
num Deum nostrum, et  
obaudite vocem laudis  
eius : qui pōsuit animam  
meam ad vitam, et non

dedit commovēri pedes  
meos : benedictus Dōmus,  
qui non amōvit depre-  
catiōnēm meam, et mi-  
sericordiam suam a me,  
allelūia.

Secrēta. Sūscipe, Dōmi-  
ne, fidélium preces cum  
oblatiōnibus hostiārum:  
ut per hæc pīz devotio-  
nis officia, ad cælestēm  
gloriām transeāmus.  
Per Dōminum.

Aliae Secrētae. Tua Dō-  
mine, p. [58], et Prōtege nos,  
vel Oblati, p. [59].

Communiū. Ps. 95. Can-  
tate Dīo, alleluia : cantā-  
te Dīo, et benedicte no-  
men ejus : bene nuntiāte  
de die in diem salutāre  
ejus, alleluia, alleluia.

Postcommuniū. Tribue  
nobis, Dōmine, cælestis  
mense virtute satiātis :  
et desiderāre que recta  
sunt, et desiderāta per-  
cipere. Per Dīnum.

Aliae Postcomm. Sump̄tis,  
Dōmine, p. [58] et Quæsus-  
mus Dōmine, vel Hæc nos,  
p. [59].

## In Litanis majoribus.

In Fēsto S. Marci Evan-  
gelista, Statio ad S. Pe-  
trum. Et in minoribus ante  
Ascens., Feria ij. Rogatiō-  
num, Statio ad S. Mariam  
majorem. Feria iij. Statio ad  
S. Joānnem in Laterano. Fe-  
ria iv. Statio ad S. Petrum.

Sequēta Missa dicitur  
in Litanis majoribus et mi-  
noribus ad Processiōnēm,  
sine Comm. Festi occurrit.

In Feris autem Rogatiō-  
num, in Missis privatis, si  
dicitur de Sancto, fit Comm.  
Rogatiōnum : si dicitur de  
Rogatiōnibus, fit Commēm.  
Festi occurrit. Feria vero ij.  
si Festum non occurrit, di-  
catur Missa de Rogatiōni-  
bus, sine Gloriā in excel-  
siss., licet in Officiō dictum  
sit Te Deum, et Oratio Do-  
minice.

**Introitus.** Ps. 17. Tunc xaudivit de templo sancto suo vocem meam, allelúia: et clamor meus in conspectu ejus, introiit in aures ejus, allelúia, allelúia.  
Ps. ib. Diligant te, Dñe, virtus mea: Dóminus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus. V. Glória Patri.

In hac Missa non dicatur **Glória in extsis**, neque **Credo**.

**Oratio.** Praesta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia, tua semper protectione muniamur. Per Dóminum.

Aliæ Orationes. **Concedere**, p.[57], et **Ecclesiæ tue**, vel **Dœus omnium fidium**, p. [58].

**Léctio Epistola** beati Jacobi Apóstoli, 5. d.

**C**arissimi: Confitemini: nî alterutrum pecata vestra, et oráte pro invicem ut salvemini: multum enim valet deprecatio justi assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis: et oratione orávit ut non pluaret super terram, et non pluit annos tres, et mens sex. Et rursus orávit: et cælum dedit plu-

viam, et terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis eum: scire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore via sua, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum.

**Allelúia.** Ps. 117. Confitemini Dñi, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. II.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi: Amice, cõmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod ponam ante illum: et ille deintus respondens dicat:

Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, et pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, et dare tibi. Et si ille perseveraverit pulsans: dico vobis, et si non dabit illi surgens eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: ¶ Pétite, et dabi-

**Secræta.** Hæc múnera, quæsumus Dñe, et vincula nostræ pravitatis absolvant, et tua nobis misericordia dona concilient. Per Dñum.

Aliæ Secretæ. Tua, Dómine, p.[58], et **Protege nos**, vel **Obstat te**, p. [59].

Ex dicto Prefatio Paschalialis, p. 248.

**Communio.** **Luc.** II. Pétite, et accipietis: quare, et inveniētis: pulsātē, et aperiētūr vobis: Quis autem ex vobis patrem petat panem, numquid lāpidem dabit illi? Aut pīsem: numquid pro pisce serpētem, dabit illi? Aut si petierit ovum: numquid pōriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nōstis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de caelo dabit sp̄itum bonum petentibus se?

**Offertorium.** Ps. 108. Confitebor Dómino nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum, quia adstītūt a dextris pauperis: ut salvam faceret a persequētibus animam meam, allelúia.

Aliæ Postcomm. **Sumptus**, Dómine, p. [58], et **Quæsumus**, vel **Hec nos**, p. [59].

Si hodie occurrat Festum simplex, fit de ipso tantum Commemoratio. Si occurrat Festum duplex vel semi-duplex, Missa dicatur de Festo cum Commemoratio Vigiliae, Rogationis. Sed in Ecclesiæ Collegiatæ, præter Missam de Rogatione, dicuntur dues Missæ, una de Festo, et alia de Vigilia.

**Missa Vocem iucundatatis**, ut supra in Domini, V. post Pascha, præter Epist. et Evangel. que leguntur ut infra.

¶ Secunda Oratio de Rogat.

Praesta quæsumus, ut supra p. 282, temere de sancta Maria Concede nos, p. [57].

In Ecclesiæ autem Collegiatæ, ubi dicitur alia quaque Missa de Rogat, secunda Oratio erit de B. Maria, tercia, **Ecclesiæ tue**, vel **Dœus omnium fidium**, p. [58].

Léct. **Epistola** B. Pauli Apóstoli ad Ephésios. 4.

**F**ratres: Unicuique

Et nostrum data est grātia secundum men-

súram donatiōnis Christi. Propter quod dicit: Ascéndens in altum captiām duxit captiātem: dedit dona hominibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est et qui ascéndit super omnes cælos, ut impleret omnia. Et ipsi dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdám autem Prophétas, álios vero Evangelistas, álios autem pastores, et doctores, ad consummatiōnem sanctórum in opus ministérii, in aedificatiōnem corporis Christi: donec occurrámus omnes in unitatē fidei, et agnitiōnis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Seq. sancti Ewangeli scundum Joánnem. *J.*  
**I**n illo tempore: Sublevatis Jesus óculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatē omnis carnis, ut omne,

quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam: et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum, claritate, quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedisti: et sermōnem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: et ipsi accepérunt, et cognovérunt vere quia a te exīvi, et credérunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt: et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio.



### In Ascensione Domini.

STATIO AD S. PETRUM.

Introitus.

*A. I.* Léctio Attuum Apost. I.

**P**rimum quidem sermōnem feci de omnibus, o Théophile, quæ coepit Jesus facere et docere, usque in diem, qua præcipiens Apóstolis per Spiritum sanctum, quos élégit, asumptus est: quibus et præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis arguméntis, per dies quadraginta appárens eis, et loquens de regno Dei. Et convéscens, præcepit eis, ab Jerosolymis ne discéderent, sed expectarent promissiōnem Patris, quam audistis (inquit) per os meum; quia Joánnes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hodie. Igitur qui convénerant, interrogabant

**O**ratio. Concéde, quæsumus omnipotens Deus: ut qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cælos ascendiſſe crédimus: ipsi quoquem in cælestibus habitémus. Per eūdem Dóminum nostrum Jesum Christum.

